

Rao Gencarello, Pagano, Urso  
e altri abitanti di Marsico

*XXVI 53*

Basilicata University Press

—

*Digital Humanities*

Edizioni e data-bases digitali

sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

Rao Gencarello, Pagano, Urso  
e altri abitanti di Marsico

*XXVI 53*

1146-06

# In nomine Domini nostri Iesu Christi. Anno incarnationis eiusdem millesimo centesimo quadragesimo sexto, mense iunio, indictione nona. Cum in divina legatur pagina non omnis qui dicit michi Domine, Domine, intrabit in regnum celorum sed qui facit voluntatem Patris mei qui in celis est.

Ideoque nos Rao Gencarellus et germanus Paganus filius Alfani et Urso de Cono de Porta, Baresanus filius Spede et Laverius Servientis filius Bonubellus filius Poty et Urso de Cono, tandem et Raynaldus nepos Raynaldi notarii Truppus, Iohannes Longi et Adolfus et Maio, ambo fratres filii Magynolfi et Marcus filius Aymy, Marsicy civitatis habitantes remedio anime nostre nostrorumque defunctorum animarum redemptione anniente domina nostra Adelaia, gratia Dei comitissa de Principatu declaramus etenim bona et congrua voluntate nostra, presentia bonorum hominum subscriptorum testium, concedimus, offerimus ac per fustem tradimus ecclesia Sancti Petri Tramutule quam olim Sancte Trinitatis de Cava obtulimus, quantum nobis pertinuit in totam vallem Tramutule de terris videlicet et de fructiferis infructiferisque arboribus cum trasitis suis et cum omnibus infra se hebentibus possidentibus sine nostra et heredum nostrorum ac omnium hominum contrarietate et requisitione omni futuro tempore eandem ipsam traditionem domno Iohanne Marsicy, eiusdem ecclesie prescripte Sancte Trinitatis de Cava monacho una cum avvocato suo Rogerio milite filio domny Viti iudicis recipiente, ut amodo in antea omni futuro tempore sint ipse terre de iamdicta ecclesia Sancti Petri Tramutule cum omnibus que continentur in ipsis sicut supra legitur. Qua de re unanimiter

vadia eidem domno Iohanni predicto dedimus eandem cum advocato predicto recipienti positis fideiussoribus Marsicano vicecomite filio Petri et Petrono Gannano filio Caroiohanny et Simeone Manco filio Sicy Mancy de predicta civitate ut iam nec nos nec nostri heredes hanc eandem traditionis concessionem et oblationem disrumpere vel remove seu substraere ab eadem predicta Sancta Dei ecclesia queramus nec nos nec per a nobis personas subpositas et si aliquis homo super eandem ecclesiam venerit exinde nos vel heredes nostri defendamus ipsi ecclesie ab omni umana persona. Quod si taliter facere vel observare noluerimus ut per legem vel causationem venerimus cum his qui rectores loci huius et gubernatores erunt quolibet modo vel ingenio obligamus nos et heredes nostros componere predictae ecclesie Sancti Petri Tramutule solidos reales viginti et in puplico similiter, ipsis districtis fideiussoribus licentiam tribuentibus pignarandy se et suos heredes per eorum omnia pignara legitima et inlegitima sine calumnia et appellatione donec quod prelegitur inviti impleamus.

Et hunc brebe traditionis oblationis et obligationis scriptum Iohannis notarius qui interfuisse se confitetur mense et indictione prelati. # Ego Riccardus iudex # Iasiidus hoc totum iudex probat ordine notum # Ego Ildemannus iudex